



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

21. Novembris. 11. Cal. Decemb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

in quotidiana corporis afflictione. Sic  
quippe infirmis & pusillis corde neces-  
se est, ut quem semel pro Christo pone-  
re non sufficiunt, saltem mitiori quo-  
dam, sed diuturniori martyrio san-  
guinem fundant.



21 Novembris. II. Cal. Decemb.

B. ANNA Abbatissa Agri-Clavium  
in Germania: quæ mente ad æter-  
nas cœli delicias erecta, facile generis  
contempsti splendorem. Et conver-  
sationem tuam fuisse in cœlis conti-  
nuam, spiritus prodebat propheticus,  
quo te cœlitùs esse donatam plurimi  
experiebantur. Innata est mortalibus i-  
sta curiositas de futuris eventibus, quam  
ego saluberrimè explebo, si diligenter in-  
quiram de genere meæ mortis. Facilis est  
questiōnis solutio: si enim piè vivam, quin  
piè sim moriturus, non conjectura est, sed  
infallibilis certitudo.


Beate GELASI Oculenam, Abbas  
Boylensis in Anglia, genere nobilis, <sup>Passi</sup>  
sed sanguine haud paulò nobilior, ut-<sup>anno</sup>  
pote quem pretiosissimo sanguini  
Dei Filii conjunxisti, dum ad publi-  
cum supplicium raptus, & cum socio  
Eugenio

402 ANNI CISTERCIENS.

Eugenio Omulkéram suspensus & in frusta concisus cum Christo compassus es, utique, quod tua in fide constantia merita est, conregnaturus. Qualem à nobis crucem quotidie tolli, ac portari Christus desideret, querere simul & metuere ejus gravitatem infirmitas humana potest, cùm pèdenter in Cruce Deum suum cernit, sed hanc mihi levem reddere potest expositic, quam tradit

S. BERNARDUS, s. i. in Paschae.

Gemæ Crucis Christi His quatuor virtutum gemmis quatuor cornua Crucis ornantur: est siquidem in eminenti Charitas, à dextris Obedientia, Patientia à sinistris, radix virtutum Humilitas in profundo. His ditavit trophyum Crucis consummatio Dominicæ Passionis.



22. Novembris. 10. Cal. Decemb.

Passi B Eati Martyres Anglicani, jam Angelicis sociati chorus, RICHARDE  
hac die anno Abbas Glastemburiensis, JOANNES  
1536. Torne, & ROGERI James, hac die  
ab impio Rege Henrico VIII. ad laqueum damnati, indeque membra  
tim diserpti. Erravisti, vesana hæresis: auxisti coronas, dum plures in par-  
tes dilata-